

EPISTLE: PHILIPPIANS 2. 5-11

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum: et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: (*Here all genuflect*) ut in nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum: omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Brethren, let this mind be in you which was also in Christ Jesus: who being in the form of God, thought it not robbery to be equal with God; but emptied Himself, taking the form of a servant, being made in the likeness of men, and in habit found as a man. He humbled Himself, becoming obedient unto death, even to the death of the cross. For which cause God also hath exalted Him, and hath given Him a name which is above all names: (*Here all genuflect*) that in the name of Jesus every knee should bow, of those that are in heaven, on earth, and under the earth: and that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

GRADUAL: PHILIP. 2. 8-9

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. *℣.* Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Christ became obedient for us unto death: even the death of the cross. *℣.* Wherefore God also hath exalted Him, and had given Him a name which is above every name.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. *℣.* Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum et Dominum. Alleluia.

Alleluia, alleluia. *℣.* Sweet the wood, sweet the nails, sweet the load that hangs thereon: for thou alone, O holy Cross, wast worthy to bear the King and Lord of heaven. Alleluia.

GOSPEL: JOHN 12. 31-36

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Nunc iudicium est mundi: nunc prin-

At that time: Jesus said to the multitudes of the Jews: Now is the judgment of the world: now

GOSPEL: JOHN 12. 31-36

ceps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. (*Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.*) Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum: et quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.

shall the prince of this world be cast out. And I, if I be lifted up from the earth, will draw all things to Myself. (*Now this He said, signifying what death He should die.*) The multitude answered Him: We have heard out of the law, that Christ abideth for ever: and how sayest Thou, The Son of man must be lifted up? Who is the Son of man? Jesus therefore said to them: Yet a little while, the light is among you. Walk whilst you have the light, that the darkness overtake you not. And he that walketh in darkness knoweth not whither he goeth. Whilst you have the light, believe in the light; that you may be the children of light. CREED

CREDO

OFFERTORY

Protege, Domine, plebem tuam per signum sanctæ Crucis ab insidiis inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus servitutem, et ac ceptabile fiat sacrificium nostrum. (*Out of Septuag.:*) Alleluia.

By the sign of the holy Cross, protect Thy people, O Lord, from the snares of every foe: that we may exhibit to Thee a pleasing service, and our sacri fice may become acceptable (*Out of Septuag.:*) Alleluia.

SECRET

We are now, O Lord our God, about to feed on the Body and Blood of our Lord Jesus Christ, by whom the banner of the holy Cross was hallowed; grant, we beseech Thee, that since we have been found worthy to worship that same holy Cross, we may enjoy for evermore the glorious salvation it has won for us. Through the same our Lord.

Jesu Christi Domini nostri corpore et sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum: quæsumus, Domine Deus noster; ut, sicut illud adorare meruimus, ita perenniter ejus gloriæ salutæ potiamur effectu. Per eundem Dominum.